uita ęterna .˜ i. uita ſine termino · Hoc diſtat int̄ aeternū et p
petuum ·˜ et temporale · qđ aeternū ē quod n̄ habuit initiū · nec
finē habebit · ut dſ̄ · Perpetuū · quod initiū ſed finē n̄ habebit ·˜
ut ſunt homineſ et angeli · Qui · i · homineſ ſcilicet moriant̄ corpo
re ·˜ in anima immortaleſ erunt · Temporale ē quod utrūq; habet ·˜
et initiū et finē ·˜ ut ſunt animalia & beſtię · Explicit · De ſacriſ ordinib; & ·:

ſtibuſ
cerdotalib;

Dignitaſ aecclesiaſtici ordiniſ ab ipſo aaron primo
ſacerdote cauſaſ et originē ducit · Primū autē dr̄ quantum
ad ordinationē · Nā fuerunt ante eū alii ſacerdoteſ ut melchiſe
dech ſacerdoſ dī excelſi qui dō panē et uinum offerenſ ·˜ noui
hoc eſt euangelici ſacrificii modum qualitatemq; ſignauit ·
Abraham quoq; iſaac et iacob ·˜ et multi ante ut abel et
noe dō hoſtiaſ obtuliſſe leguntur · Sed nulluſ eorum ordi
natuſ uel conſecratuſ in ſacerdotium ·˜ neque ſacriſ et miſ
ticiſ ueſtibuſ in dutuſ fuiſſe preuenitur niſi aaron ·˜ qui
primuſ iubente dn̄o oleo ſancto inunctuſ · et ſacerdotali
buſ ueſtibuſ decoratuſ ē · Tradunt aut̄ hebrei · qđ ante
aaron primogeniti eſſent ſacerdoteſ · Deniq; melchiſedech
autumant fuiſſe ·˜ ſem primogenitū · noe ſacerdotem dī
excelſi · Ex omibuſ enī tribubuſ iſrł̄ elegit dn̄ſ tribum leui ·˜
et ex hac tribu elegit aaron ſummū pontificē · filioſ uero eiū ·
minoriſ graduſ ſacerdoteſ quoſ pr̄broſ appellamuſ · Ceteroſ
uero in eadem tribu generali uocabulo leuitaſ nuncupant ·˜

diuersis gradibus ex ministeriis ex ministeriis delegatos. Qui
dā enī ex ipsis erant hostiarii. et hi erant in primo & inferi
ore gradu. In scđo lectores. in tertio exorcistę. in quarto.
acoliti. in quinto subdiaconi. in sexto diaconi. in septimo prēs
biteri. in sūpmo excellentiore gradu episcopi siue pontifices
constituti erant. hi octo erant gradus diuini misterii. De quib,
fortassis iezechiel ppheta ministica templi uisione dicit. et in
octo gradib, ascensus eius. Nunc dicendū desingulis. et quā
id officii haberent breuit intimandū. Hostiarii erant. qui et edi
tui t ianitores uocabant. Hi ut in libro paralipomenon legit.
erant sup exedras et thesauros domus dni. & p girū morabant
in custodiis suis. obseruabant ut nullus inmundus templū di
intraret. Lectores erant qui exorcismis. i. adiurationib, a salo
mone cōpositis demones ab energuminis effugabant. quales
legunt in actib, aplox fuisse septē filiis ceuę. Acoliti erant
qui in tabernaculo di lucernis accendendis perant. iuxta quod
in exodo legit. Precepi filiis israhel ut afferant tibi oleum de
arboribus oliuarū purissimū piloq; contusū. & cet. Hi obseque
bant in omib, ceteris supiorib, unde accoliti. i. obsequentes uoca
bant. Accolitus enī grece. latine sequor dicit. Nunc in aeccla
ceroferarii dicunt afferendis cereis. sed tunc n̄ hoc dici nomine
poterant. quia nec mel nec cera introferebat in sacrificio dni.
Subdiaconi erant quos natineos uocabant. qui subleuitis erant

ſub ſeruientes et obſecundantes illis. unde et nathinei .i. humiles. t militie

militate ſeruientes uocabantur. Ex iſtorū numero fuit nathanel.

qui a dn̄o in euglō ſumma laude declaratur. ipſū eſſe dei filium et regē

iſrahel c̄feſſus ē. Superſunt tres ſuperiores gradus. leuitarū.

preſpiterorū. epiſcoporū. ſiue pontificū. Leuitarū ordo ab

ipſa tribu leui exordium ſūpſit et nomen. Interptantur autē

aſſūpti. quia pro omib; tribubus aſſūpti erant. & ſeruitio dn̄i de

putati. Et quamuis ceteri minoris ordinis de tribu leui eſſent.

ſpecialiter tam̄ hic ordo ſub preſpiteris leuitarū dicebatur.

qui ꝑ ordinationē aaron & filiorum eius conſecrabantur. excu

bantes ſemꝑ in templo dn̄i. ipſi geſtabant arcā. & taberna

culū. et uictimarū adipē ſacerdotib; offerebant. Septimus

ordo ſacerdotū. uel preſpiterorū. filii ſcilicet aaron quib; ſa

crificia et holocauſta. atq; omis templi dī cultus commiſſus

erat & traditus. quorū erat diſcernere inter ꝓfanū et ſcm̄.

inter inmundū et mundū. & quicunq; ſecdm̄ legē mundan

dus. t inmundicie adiudicandus erat. illorū iudicio mundus

t inmundus decernebatur. Interptatur autē ꝓſpiter senior. qui eli

gebantur etate pariter et morū grauitate ꝑfecti. quia in ordinan

dis mores magis et ſapientia apꝓbat. quā etates. Hos ſequeba

tur octauus ordo pontificū. qui et principes uocabantur ſacer

dotū. Suꝑ omēs enī ſacerdotes t preſpiteros unus cōſtitutus

erat pontifex. ceteris omib; excellentior. et uelut in ſum

ma religioniſ arce locatuſ. adque ceteri reſpicerent.
eiuſq; iudicium decretūq; ſeruarent; Sciendū aūt quia
primo unuſ pontifex iubente dn̄o ē conſtitutuS; Quo de
cedente. filiuſ eiuſ eleazhar ſacerdotiū ſuſcepit; Et hoc mortuo.
filiuſ eiuſ fineeſ ſacerdotii ſucceſſor extitit; Sic uſq; ad tēpora
dauid unuſ poſt unū extitere pontificatuſ heredeſ; Dauid
ergo cū cogitaſſet aedificare templū dn̄o. et diuini of cultuſ
uellet augere. conuocata omni filioꝝ aaron ꝑgenie. & illoſ
ſcilicet qui de eleazhar. et eoſ qui de thamar ſtirpe deſcen
derant. diuiſit eoſ in parteſ. xxiiii. ac de ſinguliſ ſinguloſ ponti
ficeſ elegit; Caeteroſ uero qui in partib; erant ſacerdotii mino
riſ. qui nunc preſpiteratuſ dr̄. officio fungi ꝑcepit; Qui ponti
ficeſ ſinguli cū ſibi ſubiectiſ ſacerdotib; ꝑ octonoſ miniſtrabant
dieſ. hoc ē a ſabbato uſq; in ſabbatū; Cumq; omſ ſacerdotali
gradu eſſent aequaleſ. unuſ tam̄ in eiſ qui dignior uideretur.
ſpeciali reuerentia ꝑminenſ. ſummi ſacerdotiſ nom̄ habere&.
Ipſe quoq; rex dauid primuſ delegauit. qui pſalmoſ in templo
dn̄i modulata uoce cantanteſ animoſ populi et ſublimitate
qua dicebant. & ſuauitate uociſ qua dicebant oblectarent.
Haec de octo gradib; diximuſ. qui ueteriſ legiſ tēpore obſer
uantiſſime cuſtodiebant. quoſ in nouo teſtamento ſuſcepit
aecclesia. tanto meliuſ. quanto et ueriuſ. quia illiſ omīa
in figura contingebant; Quoſ quia notiſſimi ſunt. &

quã id singulis conueniat · quã id ue eis in sua ordinatione tradatr
frequentissimo usu scitur ab omnibus breuit eos comemorasse
sufficiat · Hostiarii sunt in eccla quib; traditę sunt claues &
comissa cura custodiendę ac tenuendę ecclesię · Lectores s
quib; traditus ẽ codex apicũ diuinorũ · ut distinctę ad in
tellegendũ diuinas lectiones pnuntiando populo placeant ·
Exorciste quibus data ẽ potestas eiciendorũ demonũ · ñ ad
iurationib; salomonis · sed inuocatione dĩ omipotentis et p
cibus sanctis · Accoliti qui nunc ceroferarii dicunt · q cereos
deferunt ante diaconẽ quando legendũ ẽ euanglm ñ adfu
gandas tenebras pferunt cũ sol in die rutilet · s ut signũ leti
tię sit · & ut sub tipo corporalis luminis lux illa in memoria
habeat de qua dicit · Erat lux uera quę inluminat omnẽ hom
nẽ uenientẽ in hunc mundũ · Subdiaconi q grece ypodiaconi
dnr · ut ipso nomine claret subdiaconib; cstituti sunt. eisque
officiis subseruiunt quę circa altare agunt · Tempr uero
sacrificii apparent in facie pontificis t prespiteri parati ad
nutũ iubentis · pacto sacrificio · misteria corporis & sanguinis
dñi · quę supsederint a diacono colligenda t deportenda susci
piunt · Diaconi · i · ministri ab aptis ordinati leguntur · in
ter quos primus martir stephanus uelut sidus eximiũ ruti
lauit · Hi semp presto eẽ debent episcopo t presbitero sacra
misteria celebranti · Ad ipsos pertinet ut oblata apo

pulis ſuper altare conſecranda diſponant · et p̄fectis miſteriiſ calicem
ſacro ſanguiniſ dn̄i fidelibuſ propinent · Preſbiteri ideſt ſenioreſ
non tantum aetate quantum moribuſ et ſapientia · hi poteſtate
habent catezizandi · baptizandi · infirmoſ benedicti olei
unguine perungendi · Hiſ quoq; conceſſum eſt · officiū pre
dicandi in aecclesia · Super hiſ ſunt ep̄i ſicut loco et dignitate ·
ſic ſcitatiſ et eruditioniſ ſingularitate conſpicui · quib; ſoliſ eſt
poteſtaſ ſacrū criſma conficere · eoq; baptizatorū fronteſ ſig
nari · et per manuſ inpoſitionē ſp̄m ſc̄m illiſ tribuere · habent
poteſtatē ligandi et ſoluendi · Per ipſoſ quoq; publica populi
abſolutio in die cenę d̄ni ſollemni more peragit̄ · Sciendum
aut̄ q̄d priuſ ęcclesię temporib; etiā p̄b̄ri ep̄i uocant̄ · ſi poſt
modū utili ſatiſ ꝓuiſione conſtitutum ē · ut hoc nom̄ ſoliſ pon
tificib; tribuat̄ · quorū maioriſ graduſ excellentia creſcat ·
et minor ordo menſurę ſuae limitē recognoſcat · ſitq; differen
tia in uocabuliſ ſicut precelſior locuſ honoriſ · Nunc dicendū
de ſinguliſ ueſtibuſ quibuſ ſacerdoſ · t reliqui ordineſ inue
teri teſtamento utebantur · Erant aut̄ octo ſpecieſ ueſtium ſa
cerdotalium · i · tonica linea ſtricta · Tunica iacinctina · Sup̄ hume
rale · Rationale · Cidariſ · Balteum · Lamina aurea in fronte pon
tificiſ · et feminalia linea · Hiſ omībuſ pontifex tempore ſacri
ficii induebatur · Ceteriſ uero minoriſ graduſ ſacerdotibuſ ſo
liſ quatuor uti licebat · i · tunica linea ſtricta · Cidari · Balteo ·